Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 498



At furiis caci mens effera: ne quid inauſum
Aut intentatū ſceleris ve doli ve fuiſſet
Quattuor a ſtabulis p̄ſtanti corpore tauros
Auertit totidē forma ſuperante iuuencas.
Atq; bos ne q̄ forent pedibus veſtigia rectis
Cauda in ſpeluncam tractos: verſiſq; viarum
Indiciis: raptos ſaxo occultabat opaco
Quærentem nulla ad ſpeluncā ſigna ferebant
Interea cū iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitrioniades armenta: abitūq; pararet:
Diſceſſu mugire boues: atq; omne querelis
Impleri nemus: & colles clamore relinqui
Reddidit vna boum vocē vaſtoq; ſub antro
Mugiit: & caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hic vero alcidæ furiis exarſerat atro
Felle dolor: rapit arma manu nodiſq; ḡuatū
Robur: & aerii curſu petit ardua montis.
Tum primū noſtri cacum videre timentem
Turbatūq; oculis: fugit ilicet ocior euro:
Speluncāq; petit: pedibus timor addidit alas
Vt ſeſe incluſit ruptiſq; immane catenis
Deiecit ſaxum ferro: qđ & arte paterna
Pendebat: fultoſq; emuniit obiice poſtes.
Ecce furens animis aderat tirynthius omnēq;
Acceſſum luſtrans: huc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens: ter totū feruidus ira
Luſtrat auentini montem: ter ſaxea tentat
Limina ne quicquā: ter feſſus valle reſedit.
Stabat acuta ſilex præciſis vndiq; ſaxis
Speluncæ dorſo inſurgens altiſſima viſu
Dirarum nidis domus oportuna volucrum.
Hanc vt ꝓna iugo læuū incūbebat ad amnē
Dexter in aduerſum nitens concuſſit & imis
Auulſam ſoluit radicibus: inde repente
Impulit: impulſu quo maximus inſonat æter
Diſſultant ripæ: efluitq; exteritus amnis:

tora vertere p̄das. Atq; bos. quotiēs maſculinū & fœmininū iungunt̄ hæc diſciplina ē: vt etiā ſi poſteri⁹ ē fœmininū et maſculinū rn̄deamus. Verſiſq; viaꝝ idiciis. i. cōtra naturā inii cietib⁹ errorē. Indiciis. ipa inqt decipiebāt indicia: q̄ idicare cōſueuerāt. nā indiciū ab idicando nomē accepit. Querel' ipleri n. ñ vt multi dicūt: qa cōſortes pdiderāt: ſed qa vellebāt̄ a paſcuis. Inſita ē em̄ bob⁹ auiditas edēdi: vn̄ ē in buc. Ite domū ſaturi. ſi qs pudor ite iuuēci.

Et colles clamore relinq. cū clamore vt Atq; exioni vēto rota cōſtitit orbis. i. cum vento: et hoc ē meli⁹ nā multi dicūt relinquunt̄. Colles etiā a clamore: hoc ē tm̄ receſſerā a collib⁹ boues vt nec ecco reſultarēt. ſ. ad colles iā clamore nō peruenīete: qđ nō ꝓcedit. qa hoc ſenſu' illđ excludit̄. Reddidit vna. b. v. Si em̄ tam lōge fuerāt: vt nulla rōe recedētiū boū mugit⁹ colles derelictos feriret: quēadmodū incluſi bouis clamor ē audit⁹ ē ab Hercule: Mugiit. more ſuo p mugiuit: vt Audiit & triuiæ longe lacus. Atro felle d. Quo ita iraſcimur ſm̄ phyſicos: vt ſplene ridem⁹. Perſ. Sed ſum petulāti ſplene cachinno. Rapit arma m. Sagittas. & nō vacatq;. Nā ſi armoꝝ epexegeſis eſt. Nodis grauatū robur. Vacatq;. Grauatū aūt pro graue ponit. Nā graue ē p naturā pōderoſū: ḡuatū qđ onerat̄ extrinſec⁹. Turbatūq; ocul' ea pte turbatū: q̄ pditrix ē mētis. alii ocli legūt & accipiūt a ſupioribus videre turbatū oculi.

Arte p. pſeuerat in fabula. Emuniit. ſicut mugiit. Obice p. hāc obicē dicim⁹: vt Ecce maris magna claudit nos obice pont⁹. Dubitant em̄ multi vtrum maſculinū ſit an fœmi. Tirynthius a tirintha in q̄ nutrit⁹ ē ciuitate vt ſupra dixim⁹. Auentini montē. vt fontē timaui: buthroti vrbē. i. auētinū montē. Ter feſſus valle r. Egens cōſilii. Sal. Feſſus in pāphiliā ſe receperat. nā corpore fatigatum dicim⁹: aio vero feſſum: q̄uis hæc ſæpe confundat auctoritas.

Stabat acuta ſi. pene oēs hunc ſilicē dixerūt. nā & Var. & Lucre. ita dicūt tanta tn̄ eſt Vir. auctoritas: vt pſuadeat nobis etiā hāc ſilicem dici. Dirarū volucrū. mō diraꝝ nō mali ominis dicit: vt ſunt bubones: ſed q̄ hūanis cadaueribus veſcebant̄: dixit em̄ Foribuſq; affixa ſupbis. Ora virū triſti pendebāt pallida tabo.

Concuſſit. ſoluit: īpulit. ſatis ignatis vſus eſt verbis. Refluitq; exterrit⁹ amnis. Rē nature vertit in fabulā. cū ruina rupis in ſe currere nō poſſit: & recurrere in ſe faciat neceſſe ſit īpetū fluminis.

DO. Diſceſſu mugire boues. nā & bruta quædā familiaritatis affectū hn̄t. Reddidit vna b. vo. nā & bruta ſua voce affectū exprimūt: vn̄ & in tercio dixit. Qui volucrū linguas ſentis. Cuſtodita: nihil ꝓfuit cuſtodia & aſtutia. Rapit. & nō cœpit: nec paſſibus ſed curſu magis iniuriā q̄ dānū dolens. Timentē. hoc tria ſigna oñdunt. Oculi. qui om̄es aī motus indicāt. Curſus celerior ſolito: & in ſpeluncā nō in loca apta ſe cōtulit. Ruptis. nā celeritas ſoluere ꝓhibuit. Stabat a. ſ. nō ſolum virtus ſed etiā prudentia Herculis oſtenditur.

CHRI Neqđ inauſum. nāq; maior potuit eē audacia q̄ audere in Herculē: q oia mōſtra domabat. Quattuor. idignatio a nūero. itē a loco: cū dicat a ſtabul'. itē a forma: cū dicat p̄ſtanti corpe. itē a ſpe gregis nā & mari & fœmia ſpabat ex furto armētū. Itē a mō qđ nō virib⁹ cōtra heroa ſed dolis egit. Spē cuſtodita. nā fefellit ī ea ſpe quā ipſe poſuerat ī cuſtodia. Furiis atro felle. ex ira maxia q̄ ꝓuenit ex cādeſcētia bilis cui⁹ receptaculū fel eſt. Pedibus timor a. a: q em̄ potuiſſet Herculē ira furentē effugere niſi ſumm⁹



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0497
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG